

Sint Tartesiaco queis lubeat Tago
 Cœam aut Mygdonio dicere nœniam
 Mydæ; aut Andromachen carmine persequi
 Setosum lacrumabili.
 Et vati Amyciden Bebrycium bono
 Lessus; Callicratem, Neleidem, viros
 Tales ac alios materiam dare
 Quis non, quæso, videt Coclest
 At tu plurimus aptum loqueris; novum
 COCCI dum facis & more Pericleo
 Uerbum, & justa paras Affeliana
 Infelicia proh dolor!
 Sessorem cathedræ Sioniz canis
 Eternumq; Laciburgiæ scholæ
 Lumen; Theiologum magnanimum, Heroa
 Fortem; cœlicolam novum
 In terris Latij monstra Caci (Italæ il-
 lius Persephones) perfera rumpit, &
 Victor cum Ausonijs mysticum acriter
 Bellum Guestfalicis gerit,
 Uno Christomachum LAMPADIUM imperu,
 Uno Dipnolochum RHUELIUM fugat.
 Jam vivit morier nescius, & poli
 Eternis fruitur bonis.

BIBL.
 BERNHARD.
 VRAT.



L. M. Q.
 Amico pl. honorando meo
 dab.

NICOLAUS Hanenfeldt
 Rigæ-Livonus.

92 (?) 25



EPICEDIA
 Super Obitu
 viri

Nobilissimi, Spectatissimiq;

D. N. GEORGII
ROHN

Senatoris in augusta Vratislavien-
 sium Repub. dignissimi,

Ex vita miseræ & crucis, in vitam
 gloriæ & lucis

die 2. mensis Novembris,

Anni Christiani


M DC XXV.


vespere

placidâ morte translati.

VRATISLAVIÆ.

Typis Baumannianis excusa.





B. M.

NOBILIS ET PRÆSTANTISSIMVS
VIR, DOMINVS

Georgius Rohn

év άναγρ.

Ruhig / one sorg.



Vicquid in his terris mortales degimus

avi,

cum curis labor est, cumq; labore dolor.

*Hinc meritò superas Celi contendit ad
arces,*

qui procul à tantis discipit esse malis.

Non illò veniunt curæq; laborq; dolorq;

sed cum letitiis est bene grata quies.

Ergò quid ROHNIVM dilecta narita maritum,

quid nimium deflet fata beata V'iri?

Heic ipsum Domus ac onerabat Curia curis;

ast ibi nunc, curis absq; quietus agit.

A 2

Flois



537328

*Heic ipsi varios morbi peperere dolores ;
ast ibi nunc, morbis absq̄, beatus orat.
Hancce Viro sortem gratantes, usq̄, precemur,
Consortes ROHNI nos velit esse DEVS.
Condolens facieb.*

M. MICHAEL POLL
Vratisl. R. & Prof. Elisabe-
thanæ ac reliqq. ibid.
Schol. In-pector.



EPITAPHIUM.

RHONIVS hic Breslæ jacet olim - pulcra
Corona,
Relicto, in quo nil est, nisi triste, solo.
Cœlum adeamus, ait, Proles mihi ubi Vnica
IOVÆ
Gratuito, dudum dona petita, dabit,

Germanicè.

Der Liege begrabn Herr Gorge Rohn/
Der seins Vaterlands war ein Kron.

Aluff

Aluff Erdn sah er weng Frewd vnd Wöhn/
Drumb saget er/ Aluff vnd davon.
Ich eill nue in des Himmelschron/
Da mir wird geben Gottes Sohn/
Des Ewign Lebens Gnaden Rohn
Darnach mich ghergelt Längest schon.

facieb.

M. ELIAS MAIOR
Uratilaviensis Histori-
ar. Profesor.



Q Vis neget in bilem justam exarsisse Ichovam
Esseq̄, commoti nuncia signa DEI?
E medio tollit cum lumina clara Senatus,
promptos iudicio, consiliisq̄, Viros.
Hoc Holtzbecherum genere & virtute celebrem
anno, spe citius iussit adire polum.
Mensibus elapsis Hermannum livida paucis
sustulit hinc Lachesis, cuncta domante manu.
Hunc sequitur patriæ columen prægrande Budorgis
Pucherus, generis gloria, bonosq̄, sui.
Iam quoq̄, vi mortis prostratus lumina clausit
Rohn: patriæ, atq̄, suæ spesq̄, decusq̄, domus,

A3

Publica

*Publica consiliis multam qui commoda iuravit,
 Praestitit Et summam cum probitate fidem.
 Cujus in ambiguis Respublica saepius usa,
 iudicio rebus, non sine fruge fuit.
 Curia testis adest celebrata celsa Budorgis;
 Curia magnificis nobilitata Viris.
 Majoresq; illi conferre volebat honores
 Virtus; constituens premia digna Bonis,
 Ni Lachelis, quam nulla solent bona flectere mentis,
 rupisset celeris stamina texta coli.
 Curia; fida tori Consors; cum Prole, Propinqui,
 Omnes praclarum flentq; dolentq; Virum.
 Donec in hoc mundo durabunt secula; vivet
 Hujus Et in terris, non sine laude, decus.
 At tu summe parens, rerum qui libera solus
 sceptrum tenes, magnum qua patet orbis opus,
 Aspice quam tristes cingant nos undiq; casus;
 Quanta pericla Fori, quanta pericla Tori.
 Conceptumq; in nos clemens dimitte furorem;
 Nos serva: cura saucia; sana fove.
 Magnificum porrò cum plebe tuere Senatum,
 Omnibus Et praesens sis medicina malis.
 Sic Proceres ipsi, sic subdita turba, corusci
 laude tuum tollent nomen ad astra poli.
 Condolentia ergò S.*

MELCHIOR OSTIVS
 in Elisab. Vratisl. Collega.

PEr facile ut sentit totum, si membra dolorem
 Percipiunt; læsis læditur hisce simul,
 Percipiunt magnos tua membra, ô Bresla, dolores,
 Nonnè hoc sentires Tu quoq; tota malum?
 Pucherum extulimus defunctum non ita pridem,
 (ut reliquos taceam) ROHN placidè sequitur.
 Ecce recrudescunt tua vulnèra (proh dolor ingens!)
 Vulnèra vix hominum quæ relevanda manu.
 Luge hoc Bresla malum, & commissa piacula luge, ut
 Saucia saneris Tuq; precare DEVM.

*Animo condol.
 fecis*

IOHAN: LISCHNER,
 Vratisl. in Elisab. doc.
 Collega:



Carmina Epicedia,

quibus

beatum obitum,

Venerandi E meritique; Senis,
Clarissimi, Doctissimi, Præstantissimi,

DN. M. GEORGII
SEIDELII,

In Gymnasio Vratislaviensi ConRecto-
ris & Collegæ primarii,
anno scholastici muneris LII,
ætatis verò, LXXVII.

morte piâ & placidâ, ex utraq;
statione

Prid. Non. Majas, Ann. Christ.
cl. lxxvi.

evocati,

prosequi ut debebat,
ita volebat

partim Collegarum, partim Discipulorum
Gratitudo & Pietas,

Vratislaviæ, Typis Georgi Baumanni.

